Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Et funes extenderunt in laqueum: iuxta
iter scandalum posuerunt mi. Dixi dno
deus meus es tu: exaudi dne vocem depre
cationis mee. Dne dne virtus salutis
mee: obumbrasti super caput meum in
die belli. Non tradas me dne a deside
rio meo meo pctori. cogitauerunt con
tra me ne derelinquas me ne forte ex
altent. Caput circuitus eorum: labor
labiorum iporum operiet eos. Cadent su
per eos carbones in igne deiices eos:
in miseriis non subsistent. Vir lin
guosus non dirigetur in terra: virum iustum
mala capiet in interitu. Cognoui
quia faciet dns iudicium inopis: et vin
dictam pauperum. Veruntamen iusti con
fitebuntur nomini tuo: et habitabunt rec
ti cum vultu tuo. Gloria patri et filio. Ant.
A viro iniquo libera me domine. Psalm.
Domine clamauj ad te exaudi me:
intende voci mee cum clamauero
ad te. Dirigatur oro mea sicut incensum
in conspectu tuo. eleuatio manuum mea
rum sacrificium vespertinum. Pone dne